



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

89. Fugienda[m] esse auaritiā & solitudine[m] eoru[m] quæ ad victu[m] cultu[m]que corporis pertinent, ex parabola diuitis horrea sua laxiora facientis, & magnam rerum copiam in multos annos ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. *Matthæus*S. *Marcus*.S. *Lucas*,S. *Iohannes*.

illis nō est in obliuione corā Deo? Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus plaris estis. Dico autē vobis, Omnis quicumq; cōfessus fuerit me corā hominibus, & filius hoīs cōfitebitur illū corā angelis Dei. qui autē negauerit me corā hominibus, negabitur corā angelis Dei. Et omnis qui dicit verbū in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in Spiritum sanctū blasphemauerit, nō remittetur. Cū autē inducēt vos in synagogas, & ad magistratus & potestates, nolite solliciti esse qualiter, aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere.* 89.

C A P. 89. Fugiendam esse auaritiā & sollicitudinē eorum quæ ad victum cūctūq; corporis pertinent, ex parabola diuitis horrea sua laxiora facientis, & maximā vim copiamq; rerum in multos annos recondentis. Luc. 21.* 88.

S. *Matthæus*.S. *Marcus*.S. *Lucas*.S. *Iohannes*.

At autē ei quidā de turba, Magister, dic fratri meo vt diuidat mecū hereditatē. At ille dixit ei, Homo, quis me cōstituit iudicē aut diuisorē super vos? Dixitque ad illos, Videte & caute ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiusquam vita eius est, ex his que possidet. Dixit autem similitudinē ad illos, dicens, Hominis cuiusdam diuitis haberes fructus ager attulit. & cogitabat intra se dicens, Quid faciam, quia nō habeo quō congregē fructus meos? Et dixit, Hoc faciam, Destruā horrea mea, & maiora faciā: & illuc cōgregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicā animē meę, Anima, habes multa bona.

S. Matthæus

S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

na posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus, Stulte, hac nocte animam tuâ repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. Dixitque ad discipulos suos, Ideo dico vobis. Nolite solliciti esse anime vestræ quid manducetis: neque corpori quid induamini. Anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm vestimētum. Considerate coruos, quia non seminant neque metunt, quibus nō est cellarium neque horreum, & Deus pascit illos. Quanto magis vos plures estis illis? Quis autem vestrū cogitando potest adiciere ad staturam suam cubitum vnum? Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de cæteris solliciti estis? Considerate lilia quomodo crescunt: non laborāt, neque nent. dico autē vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis. Si autē fœnum quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos, pusillæ fidei? Et vos nolite quærere, quid manducetis, aut quid bibatis: & nolite in sublime tolli: hæc enim omnia gentes mundi quærūt. Pater autem vester scit quoniam his indigetis. Veruntamen quærite primū regnum Dei: & hæc omnia adiciuntur vobis. Nolite timere pusillus grex, quia cōplacuit patri vestro dare vobis regnū. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos qui nō veteralescunt, thesaurum non deficientem in cælis: quò sur non appropriat, neque tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit. * 90.

Q. 3